

dignitati ^(a) quam ipsi ex dignitate accessisse splendoris certi ambo essemus, is igitur, qui proprium ius perpetuumque in me habet, cum de tua probitate sermo nuper ^(b) incidisset, iussit ut te diligarem, quod ipse magnopere facit, atque ut ad te scriberem. cumque ad alterum quidem horum exemplo ac testimonio, ad utrumque vero

il quale, oltre a far l'elogio del Barzizza, ebbe a mostrar gli una lettera da lui ricevuta pochi di innanzi, lettera, non soltanto elegante, ma in cui si rispecchiava appieno l'uomo dotto e buono che l'aveva dettata.

Aggiungasi che il Barzizza non lascia infruttuosa la sua virtù, ma con l'insegnamento della retorica ha già ammaestrato moltissimi a esser valenti oratori,

i quali, se lo imiteranno nei costumi, ne conseguiranno un doppio vantaggio.

Per tali benemerenze si professa a lui obbligato, e lo prega di accogliere la sua devozione.

satis ^(c) valeret imperio, tamen, quo promptior essem, preter ea que de te multa ^(d) dixerat, ostendit epistolam, quam ad eum novissime scripseras, elegantem illam quidem et omni suavitate plenam ^(e), ac in qua maxime velut in speculo vir bonus et doctus haud ambiguis signis eluceret ^(f). neque enim fieri posse intelligo ut, qui aliter sit affectus, tam bene dicere possit, ac non nisi bonum virum esse ^(g) qui ita sentiat, nec nisi preclare doctum qui ita loquatur. ea vero demum preclara consonantia michi videtur, cum in homine diserto mens cum lingua concordat ^(h), et sermo cum opere, atque, ut ornatissime quis dicit, ita et rectissime vivit. ceterum ⁽ⁱ⁾ cum ex istis causis tum ex eo ^(k) plurimum tibi debet ^(l) etas nostra, quod non pateris sterilem in te esse ^(m) virtutem, sed, cum tradende artis rhetorice ⁽ⁿ⁾ curam suscepferis, tantum in promovendis adolescentibus et studio tuo et felicite quadam valueris, ut iam plurimos ^(o) qui probe ex arte ^(p) dicere valeant proferre possis. qui si morum quoque precepta sequentur ^(q) et vivendo te imitabuntur, duplicitis ^(r) glorie fructum ex tua conversatione reportabunt. ego vero me tibi cum pro hoc merito ^(s) tum pro tua virtute debitorem profiteor; pro eo autem quod illius es, cuius iussu ^(t) ad te nunc scribo, non tantum debitorem, verum etiam tuum hominem me credas velim. vale,

spectate vir integritatis. Bononie ^(u), ad iulium desinentem 1414.

(a) *B C P om. dignitati* (b) *B P om. nuper* (c) *P utrumque nam satis* (d) *Ar multa de te*
V preterea quod multa de te (e) *Ar V eleg. quidem illam et suav. plen.*
Dopo suavitate B e P danno refertam, e om. ac in qua-eluceret (f) *Ar V ut in speculo-*
doctus eluceret haud amb. sig. (g) *P om. esse* (h) *P concordet* (i) *V ceterum*
tamen ex (k) *P come sembra tamen ex eo* (l) *B debeat* (m) *C pateas Ar esse in te ster.*
(iii) *Ar V rethorice* (o) *Ar ut iam iam plu.* *P ut illam plu.* (p) *Ar V quilex arte et*
probe (q) *Codd. seq̄ntur* (r) *P et duplicitis* (s) *Ar tibi tum prolu merito V tibi tum*
pro merito (t) *Ar V cuius et iussu* (u) *Ar V vale.* Bononie *P om. Bononie, &c.*

«le sue virtù e i suoi meriti di educatore; nomina in cui facilmente s'indovinano i buoni uffici del cardinal Zabarella, già suo collega d'Univer-

«sità a Padova» (R. SABBADINI, *Dalle nuove Lettere di Gasparino Barzizza in Rendiconti del R. Istituto Lombardo di Scienze e Lettere*, LXII, 1929, p. 885).